57 in § armis. ff. de vi & vi arma. † qđ ille qui habet arma ad latus licet nō po

fuerii manus ad ea: tamen dicitur in tulisse vim cũ armis: qḋ refert Ludo. roma. in sing. suo. cccccl xxv. incip. insultus factus cum armis. & idẽ tenuit Alberi. de rosa. in. ij. parte statuto. q. xxxviij. & do. Maria. Soci. in d. c quali ter et quando. art. lx. et Pet. de ancha. in. d. consilio. ccxvij. vbi dicit regulaz
58 esse i iure qḋ ille dicitur† auxiliarie x cuius presẽtia insulatus redditur timidior. allegat Joan. an. in. d. c. cõtinentiam et idem tenet Bald. in. l. nõ ideo minus. in pe. colũ. ver. item quero. C. de accusa. pro quo faciunt dicta per Innocẽ. in. c. petitio. de homicidio et p Abb. in. c. significasti. el. ij. de ho
59 mici. vbi dicit† q si clericus assistit bello iniusto licet nihil faciat sed presentia sua accendit pugnantes qḋ homicidia sequẽtia faciunt ipsũ irregularem: et faciunt alia adducta per eũ ibi de quo etiam. j. dicã i versic. scias etiã & c. dicit postea do. Feli. vbi. s. qḋ
60 existens armatus in loco vbi† videntes arma timuerũt si deponit arma & intulit vim dicitur itulisse vim cũ armis: ad qḋ alleg. glo. in. l. neq3 in. §. q armati. ff. de vi et vi arma. dicit postea q oia ista que dicuntur de presentia adhibita maleficio intelliguntur: dũ modo illa presẽtia fuerit ex proposito animo se imiscẽdi si oporteret: secus autẽ si casualitẽ et ex accidẽti fm Pet. de anch. in d. consilio. ccxvij. ppe
61 finẽ: currendo ad coniecturas.† Sed an in dubio presumatur casualitẽ vel ex propositio affuisse vide Bald. i. l. j. in lect. antiqua. ff. de seruo. corru. & in c. j. de bene. fratris. vbi sequitur. Inn. in. d. c. contiuẽtiam. ita residet domi. Feli. circa hanc materiã auxilii in. d. c. sicut dignum. que oia multũ sũt no. qm sunt quotidiana. Sed tu vltra. d. Feli. vbi. s. i hac materia auxilij adde Cy. in cons suo. incip. Albertus & bartholomeus fratres & c. vbi dixit q si duo insultarũt titiũ & vnus dedit ei vnũ vulnus mortale: alter vo intulit ei vulnus nõ mortale q licet vulneratus moriatur tñ ille q intulit vulnus nõ mortale non debet mori sed debet puniri inquantũ deliquit: qḋ dictũ p valde no. refert et sequitur do Aug. de ari. i addi. ad trac. Ang. de are super maleficijs. in verbo & dicto maleficio sẽper assistit. in. s. addi. ante finem. pro q dictofacisit que dixi. s. in nu. 45. cũ seq. Itẽ adde etiam & tene menti glo. no. in. c. felicis. in verb. simplici fauore. de penis. lib. vj. que dicit q vbicũq3 auxiliũ & fauor est simplex eo q maleficiũ non est ex eo auctum: sed ita executioni mãdatũ sicut si non interuenisset q tũc auxiliũ & fauor arbitrio iudicis punicẽdus est & nõ pena ordinaria qua punitur pricipalis. Et hãc glos. et eius doctrinã sequitur Ange. i l. furti. in §. ope. ff. de furtis. et Ange. i l. is q opẽ. eo tit. vbi multũ exclamat de ista doctrina & dicit eã esse mẽti tenendã. Et hãc glo. & hanc partẽ tenet firmiter domi. Aug. ari. in addi. Ang. de are. in lib. maleficiorũ. in verbo et dicto maleficio semper assistit. i add. incip. tu autẽ in hac materia adde q canoniste & c. i. ij. col. vbi dt q similis est glo. in cle. j. de penis sup verbo defensauerit. circa mediũ. Et refert alis se defensasse quendã a pena furcarũ q noctis tpe pstiterat auxiliũ quinq3 latronibus q noctis tẽpore furati fuerãt vnã apothecã ex qua exportarũt vnã petiã veluti qui acceperunt vnũ aliũ q prestitit eis auxiliũ: nã iste vltimus q sibi prestitit auxiliũ nihil fecit: qz nõ aperuit apothecã nec exportauit illã petiã veluti sed stetit tãtũ sup strata cũ alijs quatuor interim q ille alier surripiebat illã petiã veluti & apothecã illemet frangebat. Nã dicebat ipse. d. Aug. q ille sextus pstauit simplicẽ fauorẽ: qz oino illi quinq3 illud delictũ executioni mãdasient sine isto sexto: & ideo dicebat per ibi supradicta q talis nõ debet puniri pena ordinaria: & refert qued in dicta facti cõtingentia ita fuit iudicatũ que oia dicit esse bene notan. & idẽ tenet Bertha. in reper. suo in vbo auxiliũ. in pe. colũ. in antepe. versi. in fi. & vide s. in hoc. §. in nu. 10. Et alia plura no. dicit Aug. de ari. in dicta sua additio.

quẽ vide. Et multa etiã vtilia dicit. d.
Barth. cep. in ꝯsi. suo. xxxiiij. inc. si vn
ꝙ ⁊c. in. v. ⁊. vij. col. Et vide ẽt no. ver-
ba Bal. in marga. sua. in verbo delin-
quẽtibꝰ. vbi not. loquiẽ ⁊ Barto. in. l.
omnes. C. de agri. ⁊ censi. lib. xj. ⁊ Ad-
de etiam his q̃ dixi. s̃ in hoc § in nu.
56. ꝙ ille q̃ stat armatꝰ cũ delinquen
te dicitur ei prestare auxiliũ lz arma
nõ mouerit s̃m Inno. in. c. continens
tia. de cleri. percusso. quod idẽ tenuit
Bar. in. l. in rixa. in pe. col. ver. potest
puniri etiaz ⁊c. ff. de sica. ⁊ in. l. q̃ ser-
uo § fi. ff. de furtis. ⁊ in. l. j § sed in eo.
ff. ad sillei. ⁊ Flor. in. l. in hac. ff. ad le-
gẽ aquil. ⁊ Alexã in. l. is q̃ opem. ff. de
furt. vbi dixit hoc esse verũ etiã si stat
a lõge: de quo etiã per Bald. in. l. non
ideo minus in. iij. col. C. de accu. ⁊ per
eundem Bal. in mergar. sua in verbo
auxiliũ. ⁊ in. l. j. in. ij. col. in versicu. di-
citur consulere. C. de seruis fugit. ⁊ in
l. raptores. in. ij. col. versi. vnum adde.
C. de episco. ⁊ cler. ⁊ in titu de benefi.
frat. in. j. colũ. per illũ text. ⁊ in. d. l. non
ideo minus. in vlt. colum. in versi. itez
quero quomodo. ⁊ vide Ludo. roma.
consi. suo. cxvij. incipi. ex premissa sta
tuti particula ⁊c. Item scias etiam ꝙ
62 † auxilium etiam dicitur prestari ac
clamando contra eum qui offendiẽ
secundum Rayne. de forli. in. l. ij. in §
hoc rescriptuz. ff. ad silleianum. ⁊ est
text. in. d. l. ij. in § potuisse. Et voluit
Imol. in. c. j. de homici. ⁊ Alex. in. l. is
63 qui. ff. de fur. Scias etiã † quod auxi-
liatori nõ nocet ficta confessio princi
palis contumacis habiti pro cõfesso
ex forma statuti s̃m Bar. in. l. si is qui.
in § si tu titiũ. in fin. ff. de fur. ⁊ in. l.
denunciasse § fi. ff. de adult. Teneas
etiã mẽti in hac materia auxilij pre-
stiti quod index in inquisitione dz di
64 cere quo talis auxiliator scienter † ⁊
nõ ignorãter prestauit opem ⁊ auxi
liuz tali maleficio ⁊ malefactori. Et
hoc debet probari alias non procede
ret inquisitio. ita not. dixit Ange. in §
iubemꝰ. in aut. de eccles. tit. ⁊ Barto.
in. l. omnes. C. de agrico. ⁊ censit. libr.
xj. ⁊ Alex. in. l. is cui opem. ff. de furt.

¶ Itez teneas etiã menti ꝙ licet pu
niatur affectus non sequuto effectu:
vt in. l. is qui cum telo. C. de sica: ⁊ in
l. si quis nõ dicam rapere. C. de episc.
⁊ cler. ⁊ in. c. si quis nõ dicam. ⁊ in ca-
pitulo si quis postulatꝰ. cum alijs plu
ribus capitulis. de pen. distinc. j. ⁊ vo
luiẽ domi. Feli. in trac. suo de cõtu. in
princi. vbi alia plura iura ad hoc ad-
65 ducit: tamẽ hoc fallit in auxilio. † Nã
auxiliator ad delictum nõ puniẽ non
sequuto delicto. ita dicit glo. no. et ibi
Dy. in. l. sed et diuortij. ff. reruz amo-
tarũ. et voluit Bald. in. l. j. in. ij. colũ.
versic. quarto oppono. C. de seruis fu-
giti. pro quo facit. l. sepe. ff. de verbo.
significa. scias etiam in hac materia
not. verbũ: videlicet ꝙ auxiliator cũ
delinquẽs pmisit reficere omnia dã
na que possent ei inferri pter deli-
ctum commissuz vel committendum
66 † nõ tamen põt agere actione man-
dati: vel ex stipulatu s̃m glo. in. l. quã
multa. C. ad legẽ iul. de vi. quã sequi-
tur Bart. in. l. j § nunc tractemus. in
lectu. Nic. de neap. in. j. colũ. versic. fa
cit ad questionem. ff. de tute. et ratio.
distra. et vide Innoc. in. c. sicut. el. ij. in
glo. in verbo iniuste. de iureiu. et Bal.
in marga. sua. in verbo opez. et Card.
in clem. ij. in. iij. col. ff. de re iudi. ¶ Itẽ
67 scias vlteriꝰ quod auxiliator † tene-
tur de pace rupta sicut pricipalis s̃z
Joan. andre. in additio. Specu. in tit.
de treuga et pace. in fi in additi. in-
cipien. conuertitur casus de quo etiã
per Alex. in. d. l. is qui opem. ff. de fur.
¶ Itẽ scias etiã ꝙ ille qui dat pecu-
68 niam † bannito dicitur sibi prestare
auxilium s̃m Bart. in. l. cuiuscunqz. ff.
ad. l. iuliam maiesta. et in. l. furti. in §
ope. ff. de furt. quem refert et sequitur
Pau. de ca. in cõsi. suo. ccxcvij. inci. vi-
so suprascripto puncto ⁊c. in. iij. colũ.
Et idem etiam dicas esse in aduocan
69 do † pro eo vel fideiubendo pro eo se-
cũdum Bart. in. l. post legatũ § sunt
qui. ff. de his quibꝰ vt indig. et in. d. §
ope. in. j. colum. Et idez dicas in testi
ficante spõte pro eo s̃m Barto. in. d. l.
post legatum. in § his vero. Item an

70 auxiliator puniatur pena † statuti de cō mittente maleficiū. vide Bal. in addi. Spe. in ti. de ap. ver. sed pone questionem de facto, vbi tenet q non. et vide Imo. Alex. et alios in. d. l. is qui opem. ff. de furtis. et Bald. in. l. nihil interest. ff. de sica. Flo. in. l. si quis fumos ff. ad l. aquil. et in. l. ita vulneratus. eod titu. Bart. in. l. in furti. in. §. ope. ff de fur. in j. col. ver. venio ad secundum. et Sal. in l. j. de rap. vir. text. et ibi doc. in c. mulieres. de sent. excom. Abb. in c. sicut dignum. in. iij. col. de homi. et in. c. ij. in. ij. col. in ver. et aduerte ad vnum. de offic. de le. et Lud. ro. in. l. is q pro empt. ff. de vsuc pro empt. et vide doct. in rub. et in l. j. ff. ne qs eū q in ius voc. est vi exi. et in. c. si qs per aliū. eod. ti. et doct. in. c. si qs suadente. xvij. q. iiij. de quo dixi in cōsil. meo in cā matthei spadini. in. ij. consi. vbi plene hoc examinaui: et in ordine est cōsi. xxx. et incipit lz in cōsi. et c. et dixi et in. c. ad falsariorum de cri. fal.

71 ¶ Et Itē quot modis auxilium prestet et idē. d. Barth. cep. in cōsi. suo. j. et latius per Bertachinū in reper. suo in verb. auxilium. in. ij col in ij. versic. et vide Bal. in. l. ob hec verba. ff. de infa. scias etiā q auxiliator pluriū deliquentiū

72 † tenet vna pena tm̄ sm̄ Bar. in consil. suo inci. l. municipali. q est. cccxxxiij. et in. l. si l rixa. in. ij. co. in ver. ij. facit ad aliud. et ibi p Alex. ff. de sica. et ibi etiā in ver. et p hoc pōt solui questio. et c. et Bal. in. l. cū rōnibus. C. qui accus. non pos. et Ange. de aret. in tract. malefi. in ver. auxiliatorē. ¶ Item an et qñ auxi

73 liator mitius puniat̄ q̄ † principalis vide late per Bertachinū in reper. suo in v̄bo auxiliū. in pe. col. in. iiij. v̄. vbi latissime loquit̄. Et teneas etiā m̄cti

74 q nō nocet † ficta confessio principalis cōtumacis habiti p cōfesso et forma statuti sm̄ Bar. in. l. si is q. i. §. si tu titiū in fi. ff. de fur. et in. l. denūtiasse. in §. fi. ff. de adul. et Ale. l. d. §. si tu titiū. et dixi. s. e. nu. 63. Et an pbatiões vere

75 facte ꝫ principalē † noceant auxiliatori. vide Bal. in cōsi. suo. xxiij. inc de accessorio delicto et c. in. v. vol. vbi multum loquit̄ et Sal. in. l. j. c. de rapt. virg. et doc. in l. si vterinis. C. de fid. instri. et Ange. de arē. in tract. maleñ. in verbo et dicto maleficio semp astitit. Itē scias etiam q auxiliator tenetur

76 de pace † rupta sicut principalis sm̄ Jo. and in addi. Spe. in tit. de treug. et pace. in fi. in addi. incip. cōuertitur casus et c. et Alex. in. l. is q̄ opez. ff. de furt. et dixi. s. e. nu. 67. ¶ Ultimo circa hāc materiam nō omitto vnum. vcz q licet nemo puniatur de auxilio nisi appareat de principali delinquēte: vt dixi. s. in hoc. §. in nume. 40. attamen si

77 plures fuerūt in rixa † et mortui sunt aliqui vel vulnerati et nescitur a quibus q tali casu si apparet quis fuerit inceptor rixe: tūc ille solus punitur de homicidio vel de vulneribus ne delicta remaneāt impunita. ita dixit multum no. quidam modernus do. Bonifacius de vitalinis de Mātua in tract. suo malefi. in ti. de insultu et percussione. in. vij. col. in ver. sunt tamē qui dicunt et c. vbi ad hoc alleg. optimū tex. in. l. quoniam multa. C. ad legem iul. de vi pub. in ver. in euz qui vim facere tētauit et c. de quo ibi latius per euz. Sed istud dictū fuit originaliter Bal. quem ipse non alleg. in. l. j. in. vj. colū. in ver. sed q̄ro qui dicātur principales et c. C. de ser. fugi. vbi ad hoc alleg. illuz tex. d. l. quoniam multa. q etiam voluit Alex. in. l. fi. in. vj apostil. ff. de sica. et voluit etiam do. Bartho. cepo. in cōsil. suo. xxxiij inci. si vnq̄. in iiij. char. in vl. col. et hoc etiā voluit Gādi. in trac suo malefi. sub rubr. de defensionibus a reo faciendis. in. iij. colū. v̄. j. inci. sed pone q ego et c. q et voluit Jaco. de bel. in sua practica iudiciali causarum criminalium sub rubri. de questio. in penul. col in fi. de quo ego dixi in sing. meo. cccciij incipi. superioribus annis et c. vide tamē que dixi in. l. j. in. §. diuus adrianus. in vlti. col. in prin. ff. de sica. et do. Bartho. cep. in cō sil. suo. xxxvj inc in casu isto. in. iij. col. et vide que dixi. s in hoc. §. in numero 46. in versic. pro quibus faciunt et c. et in nume. 47. in vesicu. item ad corroborationem doctine. Petr. de anc. et c.

Tene

Tene menti predicta in materia auxi
lij: quia forte alibi simul collecta non
inuenies pdicta ¶ Nō redeūdo ad
materiā inqsitionis formāde per iu
dicem ad aliud aduerte: vez ꝙ qñ su
mus in materia furti ⁊ iudex format
cōtra furem inquisitionē de furto di
cens inter alia ꝙ ipse fur accessit ta
li tēpore ad domū vel apothecā talis
puta titij ⁊ furto subtraxit vestez vel
aliaz rem q̄ pertinebat ad ip̄suz titiū.
Certe hoc casu talis inquisitio nō p
cedit: sed corruit: q2 necesse est vt di
78 cat † ꝙ talis res furata ptinebat ad ti
tium iure dñij vel quasi alias simpli
citer diceret ꝙ ad titiū ptinebat nō
pcedit inqsitio vel accusatio: quoniā
illud verbuz pertinere latissime sumi
tur ⁊ etiam cōprehendit eū cui debe
tur actione personali: vt habeat in. l.
verbum personale. ff. de verbo. signifi.
Idem nō cōpeteret accusatio vel inq
sitio p furto: ⁊ sic deberet sequi abso
lutio. Ita singulariter ⁊ mirabiliter
dixit do: Mari. soz. in cōsi suo. viij. inci.
visis ⁊ diligēter. in. ij col. vbi dicit ꝙ
ita singulariter cōsuluit Bar. in cōsi.
suo. cliij. incip. videt dicēdum dictos
accusatos ⁊c. ⁊ hoc per no. in. l. j. §. sce
uola. ff. si qs test. liber. iussus fuerit. et
per Cyn. in. l si abducta. C. de furt. De
quo latiꝰ ego dixi in sing. meo. cclxxv.
in. c. statuti omnino ⁊c. vbi videas. Itē
scias etiā ꝙ in inquisitione furti nō
79 sufficit dicere † ꝙ inquisitus subtra
xit nisi adijciat verbuz furto fm̄ Ja
so. in. l. sub ptextu in. ij. col. C. de trāsa.
⁊ quid de verbo asportauit vide ibi
dem. ¶ Addo pterea circa dictā ma
teriam inquisitionis formande con
tra reuz de aliquo delicto ꝙ iudex de
bet animaduertere ꝙ nō sit elapsum
tēpꝰ sibi datū a lege vel a statuto ad
80 inquirēdū: † q2 tūc non posset inqrere
ita dixit Pau. de ca. in cōsil suo. cxcvij.
inci visa inquisitione. in vlti. col in fi.
⁊ Catal. in suo trac. sindicatꝰ. in vers.
cxlv. incip. adde an iudex debeat ⁊c.
vbi alle. rōnem dicens ad qd esset fa
ctum statutū si illud iudices non de
bent seruare ⁊ dicit ꝙ consciētia nō
debet eos mouere: q2 nō sunt in foro
penitētiali sed iudiciali. Et scias etiā
ꝙ iudex nō pōt inquirere post termi
81 num datum ad accusandū † fm̄ Bart.
in. l. non solum. §. q̄ꝙ. ff. de iniurijs et
not. Jaco. de platea. in. l. filiusfami. in
§. veterani. ff. de procura. ⁊ Bal. ce. in
l. querelam. C. de falsis. ⁊ in. l. ita de
mum. C. de procu. Et ratio potest esse
82 † q2 iudex inquirens succedit loco ac
cusatoris fm̄ Bar. in extrauagan. ad
reprimen. in verbo per inquisitionez.
⁊ in. l. ij in. §. publico. in. v colum. ff de
adulte. de quo latius dixi in rubrica
extra de accusa. circa principiū. ⁊ idē
dixit Barto. in. l. querelam. C. de falc.
83 ⁊ ideo ille solennitates que requirūt
in accusatione requiruntur etiam in
inquisitione: ita dixit Alexan. in cōsi.
suo. lxiiij. incipien. viso themate. in. ij.
col in. j. vol. Et ibi etiam subdit quod
statutum repellens accusatorem vi
detur etiam repellere iudicem inqui
rentem. alleg. not. in. d. l. non solum. in
d. §. q̄ꝙ. ff. de iniur. ⁊ in pluribꝰ alijs
locis de quibus ibi per eū. de quo et
per Ange. in tracta. suo. malefi. in. ver
bo: hec est quedam inquisitio. in. v.
char in j. colum. de quo etiā per Pet.
de ancha. in repeti. c. canonum statu
ta. in. lxxxvj. colum. in princi. extra de
cōstitu. et per Bertachi. in reper. suo
in verbo inquisitio. in. iij. colum in. x.
versicu. ⁊ ibi in. v. colum in. vj. versic.
Quod tamē limita singulariter scdm
Hostiē. in. c. in archiepiscopatu. de ra
pto. quez refert ⁊ sequitur Bal. in re
perto. suo in verbo pena. in. ij. colum.
in versi. pena legalis ⁊c. vbi singulari
ter dicūt vnum ex quo colligitur dif
ferētiam esse inter accusationem: et
inquisitionem Nam dicūt quod licet
pena legalis possit per iudicem ex cā
minui vel mutari vt in. l. quid ergo. in
§. pena grauior. in gl. fi. ff. de his qui
notan. infa. ⁊ not. in dicto. c. in archi
episcopatu. de raptoribus. tamen hoc
84 solum habet locum † quando iudex
procedit ex denuntiatione vel per in
quisitionem: secus autem si procedit
per accusationē: quia tunc nō poterit

augmentare vel minorare penam legalem: quod est singulare verbum. Et scias etiam quod stante statuto quod de maleficijs non possit cognosci post sex menses et quod istud statutum debet intelligi: sive maleficium sit manifestum sive occultum: quia non a die sententie: sed a die delicti commissi connumerantur tempora ita not. dixit Bald in l. fin. C. de dolo. et ibi Sal. et idem tenet Ang. in l. fin. ff. quis testament. liber esse iussus fuerit. Et Bal. et alexã. in l. cum qui. in §. in popularibus. ad fi. ff. de iureiu. pro quibus facit tex. in l. adulte. in ver. quod continuum numeratur. C. de adulter. et licet aliqui teneant quod tale tempus non currat nisi a die scientie: tamen communis opinio est in contrarium secundum dom. Alex. in d. l. fi. C. de dolo. et in d. §. in popularibus et movent docto tenentes hanc partem ex pluribus rationibus

86 bus potissime: quia prescriptio currit ignoranti. l. si patrem §. j ff. quemad. servi. admit. l. fin. in fin. C. de prescrip. lon. tem. item alia ratione: quia regula=

87 riter totes prescriptiones habent tempus continuum nisi contrarium specialiter reperiatur: ut no. glo. in rub. ff. de diver. et temp prescrip. et ibi Bar. et glos. in l. j. ad fi. eo. ti. de quo latius per d. Alex. in d. l. fi. C. de dolo. ubi alia etiam ponit circa hanc materiam: et vide etiam do. Mellum in trac. suo bannitorum. in ij. parte primi tem. in iij. q. ubi late examinat hanc questionem: et finaliter tenet communem opi. vcz quod tale tempus incipiat currere a die commissi delicti: et non a die scientie et inter alia allegat rationem: videlicet quod ubicunque agitur

88 de odio finiendo † omne tempus est continuum ita secundum cum dixit Guil. de cu. in l. si cum exceptione. §. satis clementer ff. quod met. cau. ubi dicit quod omnis actio

89 ad vindictam † et omnis accusatio habet tempus continuum si aliud non dicatur. de quo latius per do. Mellum ubi s. Et subdit ipse ibi ante fi. dicte. iij. questionis: quod licet iudex elapso dicto tempore statuti non possit cognoscere de dicto maleficio ipso iure tamen poterit cognoscere secundum aliquos virtute restitutionis in integ. que concedit ob iustam ignorantiam propter clausulam generalem. l. j. in fi. ff. ex quib. cau. maio. et habetur in l. cum filius. in §. in hac. ff. de ver. obli. per glos. et Bart in l. j. §. si quis propter. ff. de itine. actuque priua. et in alijs iuribus ibi per eum allega. attamen dicit hoc non obstare: quia illud in penarum executoribus non habet locum: ut. ff. de minori. l. auxilium. §. in delictis. ita residet domi. Mellus in d. iij. q. quod est multum. de qua q. vide etiam Ange. de aret. in trac. malefi. in verbo inchoata et facta. in princ. et ibi domi. Augusti. de ari. in prima additione: et vide omnino Soci in consi. suo. xviij. incipien. supposito statuto per totum. in. iiij. volumi. Potest etiam queri in hac materia inquisitionis formande

90 † an iudex originis alicuius possit inquirere contra ipsum de delicto commisso in alieno territorio: in qua questione docto. sunt multum varij: et si vellem hanc questionem plene examinare consumerem multum temporis. Ideo statui loqui remissive: vide igitur pro parte negativa quod non possit inquirere. Jo. and. in addi. Spe. titu. de compen. indi. adie. in §. j. in addi. incip antequam exeamus. c Bald in l. j C. de edil. acti. et Salt. in l. servos. C. ad l. iuli. de vi et Albe. de rosa. in iij. parte statu. q. xix. alias. xxxvj. Sed contrarium vide Ang. de aret. in tract maleficiorum. in verbo hec est quedam inquisitio. in pen. chart. in versicu. querit hic Ange. an in delictis. et ibi domi. August. de ari. in addit. ubi adducunt plures doctores contrarios: et vide etiam Bertachi. in repertorio suo. in verbo inquisitio. in. j. col. in fin. et domi. Ludo. Bono. in consilio suo. lvij. incipien. reverendissime domine. in. j. et. ij. col. Et finaliter magis communis opinio videtur quod non possit inquirere: et ideo credo quod si fuerit inquisitum et processum contra talem delinquentem per iudicem loci delicti quod iudex loci originis non poterit inquirere cum delicto eiusdem ho-

91 minis non debeat sepius queri: † ut in l. licet. in §. fin. ff. nau. caupo. stabula. l.

in delictis. §. fi. ff. de noxa. c. super his
de accusa. cũ similibus. De qua que-
stione videas etiã Bal in suo reper-
torio in verbo iudex. in. v. col. in prin.
⁊ in cõsi. suo. ccx. incipi. questio super
qua ⁊c. in. iiij. vol. ⁊ Lud. bononinum
in consilio suo. viij. in. ij. col. ad finem.
⁊ Joan. and. in. c. vt animarũ de con-
stitutionibus. in. vj. ⁊ Joan. cald. in. c.
j. de raptori. Barto. post Cynum in. l.
cũctos pplos. C. de summa trini. Joã.
de lig. i cle. pastoralis. de re iud. Abb.
in consilio suo. xiiij. incipiente. Rodul
phus ciuis cornetj ante fi. j colũ. in. j.
volu. Bald in repertorio suo in verbo
delinquẽs extra locum. ⁊ Joã. de ana.
in. c. j. in. vj. col. de rapto Pet. de anc.
in repe. c. j. in. lviij. col. de const. Bald.
in. l. cũctos populos. in. viij. col. versi.
sed hic queritᷓ si bannitus. C. de sum.
tri. quem refert ⁊ sequitur Mellus in
tract. suo bannito in. ij. parte. ij. tẽpo
ris. in lvij. q. inci. sed tunc ecõuerso. ⁊
Jas. in. l. fi. ff. de iuris. om. iud. in. vj. col.
versi. xvj. limita ⁊c. ¶ Queri etiã po-
92 test an pendẽte inquisitione si super
ueniat accusator an tũc cesset inquisi
tio de quo vide do. Geor. natã. in cle. i
§. q̃ omnia. in. v. col. de verb. signifi ⁊
Bar. post Cy in. l. si maritus. §. si antẽ
extraneꝰ. ff. de adul. ⁊ Bal. in. l. denicq̃
in. §. j. ff. de mino. Ange. de are. in trac.
malefi. in primo. verbo. in penul. char
ta. in. ij col. ⁊ que dixi in. l. j. §. cum qs
latrones. in. iij. col. ff. de questionibus
in versicu. ⁊ adduci põt. ⁊ vide Inno.
in. c. super literis. de rescriptis. vbi te
net qꝑ pẽdẽte inquisitiõe si ante sentẽ
tiã superueniat accusatio qꝑ tũc cessat
inquisitio tanq̃ remediũ extraordina
rie. de quo etiã per Ange. in. l. si vacã
tia post medium. de bo. vacan. et per
Alex qui alios plures allegat. in. l. si
maritus. ff. de adult. ⁊ vide. Bertachi.
in repertorio suo in verbo inquisitio.
in. v. col in vlt. ver. cũ quatuor versicu
lis sequẽtibus. ¶ Ulterius tene men
ti qꝑ licz in aliquibꝰ casibus socius cri
minis admittatur contra sociũ crimi
nis tamẽ ꝓpter dictũ sociũ criminis
93 iudex non põt formare inquisitionẽ
contra socium criminis. Ita dixit Ra
pha. fulgo. in cõsi. suo. cxxvj. incipiẽ.
super eo. in vlt. col. ⁊ in cõsi. clxxiij. in-
cipi. in causa inquisitionis. in. j. col. ⁊
Jo. de ana. in consi. lix. inci. visa inq̃si-
tione ⁊ do. Phili. deci. in cõsi. clxxxix.
inci. letatꝰ sum ⁊c. in fi. ⁊ in cõsi. clxxv.
incip. in causa falsitatis. in. x. col. ⁊ fa
ciunt dicta per do. Flor. in. l. repetita.
ff. de fi. instr. Teneas menti predicta re
quisita ad hoc vt iudex possit forma-
re inquisitionẽ contra aliquẽ nequã
do eris iudex errares ⁊ indebite for-
mares inquisitionẽ ꝯ aliquẽ. Quoniã
94 iudex temere ⁊ indebite formãs in
quisitionez contra aliquem ⁊ iniuste
inquirẽs tenetᷓ ad sumptus litis sm
Cy. in. l. sancimus. C. de iud. ⁊ Bal. in. l.
non ignorat. C. de fruc. ⁊ litis expẽ. de
quo latius ꝑ Catal. in tract. suo sindi.
in ver. xxxij. incipien. adde qꝑ iudex
tenetᷓ. ⁊ vide q̃ dixi in. l. patre vł mari
to. in. iiij. col. circa medium. ff. de que
stionibus. An aũt quãdo iudex male
95 inquirit ad denũtiationẽ sindici tan
tunc faciat litem suam sicut si motu
proprio inquisiuisset vide Bal. in. l. ij.
§. si preses. ff. de magistra. cõue. vbi vi
detur tenere qꝑ sic: licet contrariũ vi
deatᷓ. in. l. ij. in. §. si publico. ff. de adul
96 te. vbi dt. Cy. qꝑ fama seu indicia re
leuant iudicẽ quantũcunq̃ indebite
inquirẽtẽ. vt ibi per eũ in. xii. q. Et di
cit Bald. in. l. fi. C. de probationibus.
97 qḋ semiplena probatio relevat accu
satorem a calumnia nisi reus contra
riũ plene probet. ⁊ hoc etiam voluit
Bal. in additionibus Spec. in tit. de
accusatiõe. in pe. ver. vbi dicit qꝑ vnꝰ
testis excusat accusatorẽ a pena talio
nis ⁊ similiter debet excusare iudicẽ
inquirentẽ ꝑ ea q̃ supra dixi de accu
satione ⁊ inq̃sitione. Et scias etiã cir
ca hãc materiã qꝑ licet inq̃sitio nõ ꝓ
98 betur tamen iudex qui ꝓcessit ad in
quisitionẽ ex officio non presumitᷓ in
dolo nec i calũnia nec presumitur qḋ
falso ꝓcesserit ad inquirẽdũ. ita di-
xit Bar. in. l. athletas. in. §. calũniator
in. j. co. post mediũ. ff. de his q̃ notantᷓ
infa. ⁊ ibi idẽ dicit in accusatore. Et

vide Bal.in.l.fi.in.ij.col.C.de testib⁹. ubi dicit q testes examinati extra iudicium per sindicatum super inquisi
9 tione ipsum excusant†alleg.glo.in.l. si cū questio.ff.de his quibus ut indignis.de quo etiā per Alex.in.l.athletas seruus.ff.de falsis.Et idem firmauit Ang.in.l.quero.in.§.seruum.ff.de edil.edicto quē omnino vide Scias etiā q qñ iudex inquirēdo nō seruat superius dicta ⁊ alia reqsita ad validitatē inquisitiōis sed pcedit extra ordinem contra aliquem deliquētem
10 †quod tūc nō potest ei iponere penā ordinariam ipsius delicti sed mitiorē debet ei imponere.Ita dixit Bald. in repertorio suo in verbo pena.in ulti. col.in versi.incipi.pena ordinaria.ad qđ alleg.C.quēadmodum.in fi.de iureiur.⁊ que habentur.in.c.j.in fine de exceptio.An autem iudex inquirens possit facere saluum cōductū reo in
11 quisito†ab omnibus processibus seu cōdēnationibus contra eum existentibus ut veniat ad se defendendū ab inquisitione contra eū formata: vide Bar.in.l.is qui reus.ff.de publi.iud. ⁊ Ange.in sua disputatione incipien. bononiensis quidā: ⁊ late per Catal. alios allegās in tractatu sindicat.in versi.cccccclxxi.inci.adde q iudex potest dare ⁊c.Et vide etiam domi.Maria.soci.in repe.rubrice extra de dilatio.in.xxx.char.in.ij.colū. Et scias in †hac materia inqsitiōis formādet qđ
12 qñ delictum non est punibile non potest de covel super eo formari inquisitio ſm Bart.⁊ alios in.l.ubi pactum. C.de transact.⁊ Bal.in.l.decuriones. C.de infa.p quo facit.Nā si exceptio ista videlicet delictū cōmissum est impunibile impedit litisingressum ſm Bar.in.l.si seruus.C.de his qui ad ecclē.confu.quē refert ⁊ sequit Jaso.in rub.C.ut nemo priua.circa principiū ⁊ idē voluit Jas.ubi lati⁹ loquitur in.l.nam ⁊ postea.in prin.in.ij.colū.ff.de iureiuran.de quo dixi etiam in consilio meo.c.incip.spiritum sapiētie ⁊c. in fine.Alia plura faciētia ad materiā inquisitionis formande. vide per Bertachi.in repertorio suo.in verbo inquisitio ⁊c.per discursum illius verbi ubi plene loquitur in materia.

Hippo.de Marsi.iuris utriusq doct.

1 ☞ Cause criminales non dirimuntur iuramento.
2 Juramētū nō defert in supplemētum probationis in causis criminalibus.
3 Stāte statuto q de dāno dato stetur sacramēto dannū passi non habet locum in furto.
4 Juramētum non est deferendū ei cōtra quem est presumptio q abiuret.
5 Juramētū potest deferri in causa criminali ciuiliter intentata.
6 Cōfessio non pbabilis nō nocet reo.
7 Confessio impossibilis nō nocet reo.
8 Confessio non verisimilis non nocet confitenti.
9 Confessio incidēter ⁊ non principaliter facta non est impunibilis.
10 Confessio facta tempore inhabili nō nocet confitenti.
11 Confessio contra quam est sententiatum non nocet confitenti.
12 Confessio facta coram iudice incompetenti an noceat confitenti.
13 Cōfessus super inordinato processus pōt cōdemnari nisi nullitas pcessus pueniret ex defectu iurisdi.iudicis.
14 Confessus super inordinato processu coram delegato non pōt cōdemnari.
15 Delegat⁹ pape licet gerat vices ipsi⁹ pape nō tamen debet ita acriter puniri vitians literas delegati sicut vitians literas ipsius pape.
16 Confessio facta sub spe gratie pmisse non nocet confitenti.
17 Confessio facta notario sine commissione iudicis vel coram iudice nō in figura iudicij nō est sufficiens ad cōdemnationem.
18 Notarius nō pōt de consensu partiū sine commissione iudicis recipere dicta nec iuramenta testium.
19 Notarius nō pōt recipere cōfessionē seu iuramēta testiū iudice ignorāte.
20 Juramēta ⁊ cōfessiones recipere spectat ad iudicē:scribere vero ad tabellionē:⁊ q pbatiōes fiēde sunt iudici.
21 Cōfessio sine causa nō nocet cōfitēti.

165

22 Confessio sponte facta per reū criminis debet sepius ab eo ratificari alias non potest propter eam condemnari.

23 Reus qū confitet se occidisse ad suam defensionē licet nō probet talē defensionem tamen nō poterit puniri pena mortis si homicidium aliter non probatur: ꝛ nume.24.

25 Cōfessio in dubio interpretat in fauorem rei: quod tamen limita nu.28.

26 Confessio non acceptata per partem potest reuocari.

27 Renuntiatio nō nocet renuntianti qū per partē non est acceptata.

29 Confessio spōtanea legitime facta habens oīa requisita est magne ac summe importantie.

31 Sponte confessus non potest opponere de ineptitudine libelli. Fallit tū nisi talis reus cōdemnatus spōte cōfessus sit crimē: ꝛ in eo perseuerauerit: quia tunc nō poterit appellare. numero.32.

33 Reus criminis regulariter nō pōt renuntiari defensionibus suis seu termino defensionis.

34 Reus est fideiussoribus relaxandus vbi de pena pecuniaria agitur. fallit si reus sponte confitetur.

35 Confessio ficta inducta a lege vel statuto idē operat ꝙ vera ꝛ expressa. confessio oretenus facta.

36 Confessio ficta inducta a statuto ita validat processum nullum sicut vera confessio. ꝛ nume.59.

37 Confessio ficta a statuto inducta propter cōtumaciam ad hoc vt operetur vires cōfessionis vt ex ea sequi possit Cōdemnatio necessario precedere debet declaratio per interlocutoriam.

38 Talis non habetur quis nisi pronuntietur talis.

39 Executio suspēditur contra excommunicatum nisi per sententiā declaretur excommunicatus.

40 Notarius propter crimē non priuatur officio seu dignitate sed requirit sententia declaratoria.

41 Clericus homicida non perdit beneficia nisi postꝙ fuerit condemnat⁹ de homicidio.

42 Contumax non dicitur nisi ex actis constet.

43 Acta inducunt notorium.

44 Declaratio iudicis nō sufficit in notorijs.

45 Sententia iudicis requiritur etiā in notorijs.

46 Cōtumax lꝫ ex forma statuti habeat p cōfesso attamē si decedat cōtumax anteꝙ sit pronuntiatū p tali cōtumacia talis cōtumacia nō nocet heredi.

47 Cōfessio vera sicut aliqū pōt reuocari tāꝙ erronea: ita cōfessio ficta inducta per statutū pretextu erroris cōtra quam admititur probatio.

48 Cōdemnatio de delicto ad hoc vt valeat debet vltra cōtumaciā cognosci de delicto.

49 Que de facto fiunt non de iure nullam habent firmitatem seu robur.

50 Pena delicti nō debet imponi cōdēnato ex sola presumptione.

51 Cōtumacia non dicitur vera cōfessio.

52 cōtumacia nō est verū delictū sꝫ fictū.

53 Snia ꝯtra cōtumacē lata presumit p pter ꝯtumaciā nō ꝑpter suspitiōs lata.

54 Statutum permittens bānitum posse impune occidi nō hꝫ locū in bannito per contumaciā sed habet locū tm̄ in bānito ex veris probationib⁹ delicti.

55 Bannitus admittitur pro occidente bānitum ad petēdum ꝙ contra eum non procedatur.

56 Statutum ꝙ cōtumax habeat p confesso intelligit dummodo precedat libellus seu inquisitio valida.

57 Positio vbi non debet admitti ratiōe psone vel rōne materie vel forme ibi cōtumax non habet pro confesso.

58 Iuramētū super cōtractu nullo oppositū ipsum cōtractum non validat.

59 Cōfessio ficta iducta a statuto ita validat pcessuꝫ nullū sicut vera ꝯfessio.

60 Statutū ꝙ cōtumax habeat pro confesso nō intelligit in minore in muliere nec rustico nisi sint in dolo expresso non presumpto.

61 Cōtumacia dicitur dolus ꝑsumptus non verus.

62 Statutum ꝙ contumax habeatur p cōfesso intelligitur quo ad delictum

non quo ad qualitatem delicti agra
uantem ratione persone loci ⁊c.
63 Contumacia dicitur vitium ⁊ pecca
tū mortale.
64 Contumax dicitur infidelis.
65 Statuta volens cōtumacē haberi pro
cōfesso non cōprehēdit delinquētem
extra territoriū statuentium.
66 Cōtumax ad hoc vt stante statuto ha
beatur pro cōfesso requiritur trina ci
tatio nec sufficit vna pro omnibus.
67 Cōdemnatus per cōtumaciā que ex
forma statuti vim habet confessionis
non efficitur infamis.

Postquam vidimus mate
riam iquisitio
nis formāde deueniendum est ad se
quētia fienda per ipsum iudicē. Et i
deo scias quod formata inquisitione
seruatis seruādis iudex ad banchum
iuris facit cōduci corā se reū accusatū
vel inquisitū. ⁊ ipse iudex facit legere
inquisitionē ⁊ illā vulgarizari si reus
est homo idiota ⁊ literā ignarus: ⁊ fa
cit ꝙ reus rñdeat ipsi inq̄sitiōi negādo
vel cōfitēdo cōtēta in ea. Sz aduer
tas in ipsa responsione qm̄ aliq. sunt
iudices minus prudētes ⁊ indocti q̄
vehementer errant in pluribꝰ. Nā an
teq̄ reus respōdeat inquisitioni defe
runt sibi iuramētū de veritate dicen
da ꝙ profecto fiēdū nō est qm̄ cause
1 criminales †nō dirimuntur iuramen
to partis: vt habetur in. l. fi. C. de pba.
⁊ in. l. dolū. C. de dolo. ⁊ in. l. metū. C. ꝙ
metus causa. ⁊ voluit Bar. in. l. mari
tus. ff. de q̄oni. ⁊ Bald. in. l. j. in. ij. col.
versi. nō obstat. l. marcellꝰ. ⁊c. C. q̄uo ⁊
qñ iudex. ⁊ Jas. in repeti. l. admonēdi.
in. iiij. col. ff. de iureiuran. et do. Phil.
decius in consi. suo. xxxvij. inci. in cau
sa. in vlt. co. in fine. Nec etiā in talibꝰ
2 causis criminalibꝰ †nō defertur iura
mentū in supplementum probatiōis
fm̄ Pet. de anchara. in. c. mediatores
versi. no. tertio. de testibus. lib. vj. vbi
pro hoc alle. gl. in. c. tam literis. extra
de testi. que dicit ꝙ in causa crimina
li etiā ciuiliter intentata: lz actor ha
beat presumptionē pro se nō tñ defer
tur ei iuramentum: sed vno habet lo
cum tunc regula ꝙ actore nō probā
te ⁊c. q̄d etiā voluit gl. in. c. cū sint iu
ra. de regu. iur. in. vi. et voluit Alex. in
consil. suo. lxvi. incip. viso processu. ⁊c.
in prima col. in. j. vol. ⁊ cōsi. cxxij. inci.
viso processu vtriusq̄ cause. in. ij. colū.
in. ij. volumi. ⁊ Abb. in. c. fin. in princi.
in vlti. colū. de iureiur. ⁊ do. Ant. in. d.
c. tā literis. de testi. ⁊ do. Philip. deci.
i cōsi. suo. xxxvij. inci. in causa. in vlti.
col. Et ideo stante statuto ꝙ de dāno
3 dato stet sacramēto dānū passi †non
habet locū in furto: ⁊ sic in causa cri
minali nisi quatenus ius cōe dispone
ret. Nā furtū ⁊ damnum sunt diuersa
4 † ita no. Bal. in. l. nauta. in. §. quecūq̄.
ff. nau. camp. stabu. ⁊ idē firmauit Al
beri. de rosa. in. ij parte statu. q. lxiij. in
cipiē. item quero aliā questionē ⁊. ex
Bal. in. l. ait p̄tor. in prin. ff. de iureiu.
⁊ Bal. in. l. si seruꝰ seruū. in. §. si oliuā.
ff. ad. l. aquil. ⁊ Alex. post Ludo. ro. in. l.
ij. ff. de de dā. infec. ⁊ Alber. in. l. j. in. §.
occisor. ff ad sille. ⁊ Alex. in consi. suo
cxlvij. inci. requisitus vt breuiꝰ dicā ⁊c.
in. i. col. in. ij. vo. ⁊ habetur per alios q̄
plures docto. quos ego retuli in. l. de
minore in. §. tormēta. in. i. colū. ff. d q̄o
nibus Item quo ad primū dictū vz
ꝙ cause criminales nō dirimūt iura
mento: ⁊ ideo iudex non debet defer
ri iuramētū reo de veritate dicenda
qñ facit eū rñdere inquisitioni: facit
optime tex. in. c. clericos. de coha. cle.
⁊ mulie. vbi habet ꝙ non est deferen
dū iuramētū ei cōtra quē est presum
ptio abiuret: p quē tex. dixit Spec in
titu. de iuramē. calū. in. §. nūc dicamꝰ
in princi. ꝙ iuramentū calūnie. de nō
petēdis dilatorijs frustratorijs debet
omitti quoniā raro esset q̄d litigātes
nō essent periuri quod dictū sequitur
Abb. in. c. j. in. iiij. colū. de iuramen. ca
lum. ⁊ domi. Feli. in. c. j. circa princ. de
offi ordi. vbi subdit illud quod etiam
dixit. Abb. in. c. ceterū. in. ij. colū co. ti.
nō valere consuetudinē quod exigat
iura. calū. in calculo sententie. nā si q̄s
respondit falsuz vel petijt falsas dila
tiones iurabit in fi. cōtrarium ne pu
niatur l. pro quibꝰ facit tex. in. l. ambi

guitates. C. de iudic. ridui. tol. p quē tex. dixit ibi Bal. q̄ nō debet dari materia iurandi nec debet deferri iuramētū ei quē est verisimile deierare: et vide ibi Jas. in fi. Sed cui dubiū quod reus in criminalibus vt euadat vitā iurabit falsū: z nō dico semel sz milies et centū milies nisi esset aliqs secūdus homo ita bone cōsciētie et sancte vite q̄ potius vellet mori q̄ falsum iurare: sed p̄fecto tales hoīes recesserunt ab aula et semē coꝝ in totū est eradicatū. Et ideo cū tales rei criminis p̄sumātur deierare nō est sibi deferēdū tale iuramētū. Et pro hac parte facit tex. valde not. in. c. ille qui hoīem. xxij. q. v. et in. c. q̄ exigit ibi sequēs vbi dicit text. qd ille q̄ hoīem p̄uocat ad iurandum et si eū falsum iuraturū vincit homicidā: qꝛ homicida corpus occidit: ille aūt aīam imo duas aīas: scz aīam eiusquē ad iurādū prouocauit et suā: p quibus faciūt dicta p̄er domi. Fel. in. c. apostolice. ij. col. ii. versicu et predictis. &c. de exceptio. Et facit etiā: nā non est iniungendū alicui per iuramētū illud qd verisimile sit q̄ nō debeat obseruare. arg. c. ita ergo. et. c. nō est. xxij. q. i. et. c. ex tenore. de sentē. excommuni. et quod voluit gl. in. d. c. clericos. et qd dixit ibi Abb. vbi inq̄t q̄ esset prouidendū vt ipse pluries dixit q̄ scholares nō iurarēt obedire rectori: quia de facili transgrediūtur iuramētum et incurrunt periuriū sed potius esset prouidendū de pena cōtra inobediētes sicut facit papa in dicto c. clericos. et faciūt optime dicta per Jaso. in repe. l. admonēdi. in. cxiiij. colum. in princip. ff. de iureiuran. Et per ista teneo q̄ iudex in criminalibus causis nō debeat deferre iuramētum reo de veritate dicenda qn̄ respondet inquisitioni: et hāc partē per dicta iura tenui in. l. penul. in penult. colū. ff. de questio. vbi reprobaui Barto. Bal. et alios doctores tenētes contrariū in pluribus locis quos ibi adduxi q̄ videas per te. Credo tn̄ q̄ in causa criminali in qua agit̄ de pena pecuniaria vt est causa criminalis ciuiliter in-

5 tenta q̄ posset deferri iuramētū reo et etiam in suplemētum probationis de quo dixi in. l. martius. in. iij. colū. in fi. ff. de q̄stio. vbi videas. ¶ Modo prosequendo in responsione rei facta inquisitioni: dictas q̄ aut sponte cōfitetur sine tormētis et sine minis et sine aliquo alio actu violētia contēta inquisitione et tūc notarius scribit talē spōtaneā cōfessionem. ¶ Postea interueniēte termino duorum vel trium dierum iudex ipse vadit denuo ad bāchum iuris cum notario maleficiorum et facit corā eis ducere reum et ibi notarius nouiter legit vulgarizando dictam inquisitionē et dictā eius spōtaneam cōfessionē postea notarius antequā reus aliqd dicat dicit hec verba: vcz. Bene aduertas ad que tibi dicta et lecta sunt: quia hic tractat̄ de vita tua: ideo si ista q̄ tibi lecta sunt et cōtinētur in dicta inquisitione et similiter si spontanea cōfessio tua quam fecisti sunt vera ea cōfirma. si autē non sunt vera similiter dicas illa non esse vera. Tūc si ipse reus iterū dicit illa esse vera et affirmat eius cōfessionē: tūc quia dicitur ratificasse et perseuerasse in cōfessiōe sua iudex dicit reo. Ego do tibi dies octo vel decem vel plures vel pauciores prout ipsi iudici videbit̄ ad faciendum tuas defensiōes: alias elapso dicto termino procedā ad sententiam et ad executionē contra te s̄m formā iuris et statutorū. Quibus peractis reus reponit̄ ad carceres inferiores vbi pōt cum procuratoribus et aduocatis ordinare suas defensiōes si quas habet et facere vult. Sed diligēter aduertas q̄ etiā in hoc casu spontanee cōfessiōis iudex nō sēper potest nec debet p̄cedere ad sententiā cōdemnatoriā et ad eius executionē. Nā aliqui sunt casus in quibus etiā spontanea confessio non est sufficiens ad condemnādū ipsum reū spōte confessum. Et primo hoc patet in cōfessione non probabili vt puta si reus cōfitetur homicidiū commisisse in aliquem hominem et eū post ea proiecisse in mari. Nam hoc casu nō

debet puniri reus si nō constat de cor
pore mortuo saltē per famā ſm Bal.
in addi. Specu. in titu. de sententijs. in
xvij. colū. ⁊ l. l. cū probatio. ff. de pba.
in suis addi. et in aut. sed nouo iure. C.
de fur. et in addi. Specu. in titu. de cō
fessis. in. ij. col. versic. titius cōfitet. de
quo latiꝰ dixi in. l. j. in princip. in. ij. co
lum. et in decimatertia. ff. de qstio. et
que dixi. s. in princip. huiꝰ operis. in
nume 3. vbi videas. Patet etiā in cō
fessione impossibili: qa talis cōfessio
7 etiā si sit spontanea nō nocet reo cōfi
tenti puta si reus cōfitet hominē occi
disse qui tñ est viuus: nam tali casu ta
lis confessio etiā spōtanea non nocet
ipsi reo confitēti. text. est in. l. inde ne
ratius. in. §. si quis hominē viuū. ff. ad
legē aquiliam. ⁊ habetur in. l. cōfessio
nibus. ⁊. in. l. si is. ff. de interro. actio. et
voluit. d. Anto. in. c. significasti. in. ij. co
lum. de homicidio. ⁊ Bal. in. l. j. in. viij.
colū. versi. sed quid dices. el. ij. de con
fessis. Et faciūt dicta p Alex in cōsi.
suo. cccxxxix. incip. in causa inquisitio
nis forma te. in. x. col. vbi loquit de reo
cōfesso occidisse aliquē veneno ⁊c. de
qua materia latiꝰ dixi in. l. j. in princ.
in. xiij. col. ff. de questionibus. Cōstat
hoc etiā in alia cōfessione: videlicet
in cōfessione nō verisimili eni etiā ta
8 lis confessio non nocet confitenti de
qua late dixi in. l. j. in princ. in xv. co
lum. ff. de questionibus. de qua etiam
per Jaso. in. l. magistratibꝰ. in. ij. colū.
ff. de iurisdi omniū iudicū vbi videas.
¶ Item alia est ꝯfessio spōtanea que
nō nocet cōfitenti ad eū condēnandū
videlicet cōfessio facta incidēter ⁊ nō
9 principaliter. Nā talis cōfessio incī
denter facta nō operatur nec est tāte
potētie ꝙ cōfessus possit puniri saltē
pena ordinaria delicti ſm Barto. in. l.
si ꝯfessus. ff. de custo. reo. ⁊ Jo. de Imo.
in. c. fi. in peñ. col. de ꝯfes. ⁊ Abb. in. c. at
si clerici. in prin in. ij. colū. de iudi. et
Inno in. c. examinata. in fi. eo. tit. Abb.
in. c. j. per illū text. de exceptionibus.
et in. c. ij. de ordi. cogni. et in. c. fi. in vlt.
no. de resti. spoliato. et in cōsi. suo. xxv.
incipiente canonicꝰ ⁊c. in fine. ⁊ Ange
lus in disputatione sua incipien. asse
sis miles. in. ij. col. ⁊ in alia disputatio
ne sua incipiēte duo nobiles gallici.
⁊c. in. iij. charta. ⁊ voluerūt alij docto
res in diuersis locis quos adduxi in. l.
j. in. §. diuus antoninus. in. vlti. colū
in princip. ff. de questionibus. ⁊ in. d. l.
j. in princi. in. xv. col. in ver ⁊ vltra pre
dicta tria ⁊c. ⁊ voluit Salice. in. l iner
calem. C. de condi. ob turpē cau. ⁊ vide
s. in. §. constante. nu. 49. Alius est etiā
casus i quo cōfessio etiā spōtanea nō
10 nocet cōfitēti: vcꝫ qñ talis ꝯfessio fit
tēpore inhabili: qꝛ tūc nō nocet cōfi
tēti: ita dixit Bal. in. c. fi. de offic. dele.
in penul. col. in versic. pone qꝺ malefi
ciū ⁊c. vbi dicit ꝙ si maleficiū est no
toriū tñ lapsum est tempus datuꝫ ad
inquirendū per formā statuti. tandeꝫ
reus confitetur maleficiū vtrū ex ista
cōfessione possit cōdēnari. ⁊ dicit qꝺ
nō allegat rationē dicens. ꝙ quoties
quid confitetur id cui nomine cū ali
quo nō fit actio nō valet ꝯfessio. vt ha
betur in. l. confessionibꝰ. ff. de interro.
actio. sed post prescriptionē ipso iure
accusatio abolita est. imo etiā ipsum
maleficiū. accusatio autē est abolita
quo ad publicam iniuriaꝫ maleficiū
aūt quo ad priuatā iniuriā: ita quod
nulla actio esse pōt: vt. ff. ꝙ met. cau. l.
si cū exceptione. in. §. satis clemēter. ⁊
ff. de iniurijs. in. l sed si vniꝰ. in. §. si an
te iudicē. ergo cōfessio nō valet ꝙ est
not. ſm Bald. ibi. ⁊ idem firmauit So
ci. in cōsi. suo. cviij incip. supposito sta
tuto in penul. col. post med. ⁊ ibi in se
quēti col. Pro quibꝰ faciūt dicta per
Barba. in. c. cum contingat. in. ij. colū.
extra de rescri. et p do. Feli. in. c. affer
te. in ij. no. de ꝑsump. de quo etiā per
do. Fran. de aret. in. c. cū. p. in. vi. colū.
de accusa ⁊ per Alexā. in. l. nō tātum.
in pe. addi. ff. de app. ad quē vide bo
num textū in. l. si quis pro eo. ff. de fide
ius. ⁊ Bald. in. l. querelā ante fi. C. de
falsis. de quo etiam dixi in. l. j. in pn. in
xv. colū. versi. adde etiā qꝺ requirit. ff.
de questionibus. Predictis etiā adde
alium casum in quo cōfessio etiā spō
tanea nō nocet cōfitēti: qui casus est

quando aliquis cōfitetur aliquid et cōtra talem eius cōfessionem: atque fuit sententiatū. nam hoc casu talis cōfessio nō nocet ipsi cōfitenti: ita dixit Innocen. in .c. mulieri. de iureiu. quod dictū refert et sequitur Bal. in .l. si quis in hoc genus. C. de episco. et cle. et in aut. nouo iure. C. de pen. .l. iud. qui male. in. de quo latius dixit in singu. meo. cclvii. incip. nemo audiēdus est etc. vbi videas et in repe. mea rub. C. de proba in xxxv. colū. in versi. vlti circa hāc materiam. et ibi in xxxii. colū. in versi. quintimo etc. Alius est etiam casus in quo cōfessio etiā spōtanea nō nocet cōfitenti: videlicet quā do iudex corā quo esset facta talis cōfessio careret iurisditione nam tūc ta
12 lis cōfessio non nocet cōfitenti quo ad plenam probationē ad quod dicendum moueor. nam tu scis quod cōfessio est tāte potētie quod etiā cōfessus super inordinato processu potest cōdemnari: ita dicit Innocē. quē omnes sequuntur in .c. qualiter et quando. el. ii. de accusa. et in .c. per inquisitionem. de elec. et voluit Abb antiquus in .c. pisanis. de restitu. spoli. et Bal. in .l. edita. in v. colum. ii. de edē. et voluit alii plures docto. in pluribus aliis locis quos ego retuli in singu. meo. cci. icip. incō fessum etc. et in .l. i. in § diuus antoninus in. iii. colū. ff. de questio hec tamen doctrina Innocē. et aliorū limitatur nisi nullitas processus prouenirect ex defectu iurisditionis iudicis. nam tūc cō
13 fessio partis cōfitētis nō validat processum ita notatur per scribētes in .c. at si clerici. in pnci. de iud. et .c. olim. vbi est bonus tex. fin do. Abb extra de rescrip. ita no. dixit. Car. Alexā. in .c. dilecto. in ii. colū. in fi. de app. et Soci. in cōsi. suo. cviii. i. ipitē. supposito statuto etc. in vlt. colū. in iiii. volu. Pro quibus optime faciunt q dixi in singu. meo. x. incip. tu scis etc. ita in pposito dici potest quod talis cōfessio facta corā iudice incōpetenti ratione iurisditionis nō nocebit cōfitenti quo ad plenā probationē de quo etiam dixi in .d. singula. meo. x. incip tu scis etc. et vide omnino que dixi in hoc § in nu. 58. in versi. et

pro istis faciūt dicta p Ang. de are. etc. Item alius est etiā casus in quo cōfessio nō preiudicat confitēti qui casus est in confessione facta corā delegato et nō corā ordinario: quoniam talis delegatus non posse cōdemnare reum de delicto stāte inaliditate processus
14 licet ipse reus esset cōfessus delictū: ita singula. dixit Angel. in cōsilio suo cccvii. incipiēte. in causa accusatiōis producte per Felin. in vltima colum. vbi limitat dictū Innocen. et sequa: in .d. c. qualiter et quādo. el. ii. habere locum tātum coram iudice ordinario secus corā delegato. quod dictum pro valde singu. refert et sequitur do. Augusti. de ari. in suis addi. ad tra. Ange. super maleficiis. in verbo q iudex addidit in pe. addi. de quo etiam dixi in singul. meo. cci. incip. incōfessum etc. et in repe. mea. l. fi. in. lvii. char. circa me. C. de probatio. vbi videas. Et faciunt optime. in ar. dicta per Abb in .c. olim ex literis. in .i. colum. in ver. et ex hoc. et ex illo tex. J. de rescrip. vbi dicit quod licet delegatus pape gerat vices ipsius
15 pape: non tū debet ita acriter puniri vitians seu falsans literas delegati sicut falsans literas ipsius pape. Alius preterea est casus in quo etiā spōte cōfessus delictum nō pōt puniri qui casus est in illo q cōfessus est delictū sub specie gratie sibi fiende promisse sibi a iudice vtputa qū iudex dixisset reo cōfitearis delictū libere: quia promitto tibi parcere vel promitto tibi quod nullā penā patieris: hoc casu si ipse reus
16 cōfiteatur delictū nō potest ex tali cōfessione cōdemnari: ita multū singu. et mirabiliter dixit Joan. de Jmol. in cōsi. suo. cix. incip. visa inquisitiōe etc. et mouetur ex pluribus iuribus et rationibus de quibus ibi per eum. Pro quo faciunt optime dicta per do. Marco. mil. in reperto. suo in verbo cōfessio. in versicu. confessione persuasione aduersarii etc. et faciūt etiam dicta p do. Jaso. in .l. error. in. iii. colum. C. de iur. et facti igno. Et idem dixit Joā. de Jmol. in .d. consil. voluit domi. Paris de puteo in suo trac. sindica. in. cviii. char.

verſi. ſequit̃ quotidiana q̃ſtio ⁊c. de
quo etiã dixi in.d. ſing. meo. ccj. inci.
in confeſſum ⁊c. et in.l.j.in.§.queſtio.
in vlti.col. ff. de queſtio. tene mẽti: q̃a
eſt ſingulare verbũ qḋ ſepe practicãt
iudices indocti et modice fidei. Item
alius eſt caſus in quo confeſſio etiã
ſpontanea non nocet confitenti: vt ex
ea poſſit cõdẽnari. videlicet qñ reus
confiteret̃ delictũ coram notario q̃ ad
17 hoc non haberet commiſſionẽ a iudi
ce vel confiteret̃ corã iudice nõ ſedẽ
te pro tribunali vel in non figura iudi
cii: nã tunc cõfeſſio talis nõ eſſet ſuffi
ciens ad condemnandũ ipſum reũ ſm
gloſ.no.in.l.iubemus.C.de libe.cauſa.
que dixit quod cõfeſſio facta corã ta
bellione abſq; p̃ſentia iudicis nõ pre
iudicat. Et dicit ibi Salice. quod ſi ta
lis confeſſio fieret corã iudice ad hoc
vt preiudicet reo cõfitenti debet fieri
iudice ſedente pro tribunali. Et dixit
fortius Bald.in tit.de pace conſtat.in
verſi.ſm mores et leges illius ciuita
18 tis: qḋ etiã tabellio nõ poteſt de cõ
ſenſu partiũ ſine preſentia iudicis re
cipere dictũ teſtiũ nec iuramẽta nul
la facta ſibi cõmiſſiõe p iudicẽ: vt di
xit Bal.in addi.Specu.i titu.de teſte.
in vlt. colũ.verſi.nunq̃ reperit̃ ⁊c. q
nũq̃ reperit̃ quod notari⁹ poſſit reci
pere iuramẽta teſtium. ſine cõmiſſione
iudicis: allegat gloſ.i.l.hac cõſultiſſi
ma.i.§.ſi.C.de teſta.⁊ ſubdit ibi Bal.
idẽ eſſe in inſtrumẽto et cõfeſſiõe: q2
19 etiã notari⁹ nõ poteſt illã recipere
ſine cõmiſſiõe iudicis.alleg.glo.in.d.
l.iubemus. quam dixit eſſe ordinariã.
Et ſubdit ibi Bal. q recipere ſpectat
ad iudicẽ: ſcribere v̄o ad tabelionẽ.
20 Pro quibus facit illud vt q p̃batio
